



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 46. Lancianensis Archiepiscopus Romam veniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562. „a Papa subrogandi sibi eandem Prin-
cipum, Patrumque benevolentiam
„conciliare possent.„ Accepta horum
relatione Pontifex mutata animi sen-
tentia ad hujus Cardinalis socios per-
scribi curabat, ut omnem honorem Man-
tuano debitum eidem deferre, ejusque
consilia in omnibus sequi satagerent.

§. XLVI.

*Lancianensis Archiepiscopus Romam
veniens.*

Sarpus
p. 501. Lett.
de l'sle au
Roi de Fran-
ce 20. Jun.
Mem. p. 247. Interea Lancianensis Archiepiscopus
Romam delatus summo Pontifici epi-
stolam a plusquam triginta Episcopis,
qui Residentiam juris divini esse pro-
pugnabant, proprio chirographo sub-
scriptam tradebat: porro in ea hi Præ-
fules querebantur, quod non sine ma-
gno animi sui dolore percepissent, im-
merito alienatum a se esse Pontificem,
cum tamen in omnibus ejus auctorita-
tem tueri semper intenti fuissent, at-
que etiam omne obsequii genus eidem
deferre parati existerent. Hac Præsu-
lum submissione placatus Pontifex su-
spicionem in eos conceptam non nihil
deposuit, ac benignius Deputatum ex-
cepit, qui eidem hæc significabat:
„Episcopi in proxima Sessione, quod
„residentia sit juris Divini, declarare
„statuerunt, simulque quovis demum
peri-

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„periculo decreverunt, cuncta, quæ dog-
„ma, morumque emendationem concer-
„nunt, negotia dirimere, adeo, ut nulla
„verosimilis ratio suadeat, quod Pon-
„tifex Synodum dissolvere, vel differre
„vellet.„ Utraque hæc propositio pri-
mo quidem Pontificem commoverat, ast
mox resumpto animo Archiepiscopus
Legatos, ac præcipue Cardinalem Man-
tuanum vindicare aggressus est.

§. XLVII.

*Legati, ac præprimis Cardinalis
Mantuanus coram Papa ab Archi-
episcopo vindicati.*

Itaque Archiepiscopus summo Pontifici
Pio IV. hæc exposuit: „Legati cum
„prævidere non possent aliquid inde in-
„commodi nasciturum, eandem, quam
„animis conceperant, opinionem verbis
„palam expresserunt: postea vero exortis,
„citra nullam ipsorum culpam, aut de-
„fectum, contentionibus inter Patres,
„ipsorum ad eam opinionem propu-
„gnandam accessio maximum Beatitu-
„dini suæ honorem, universæque Curia
„Romanæ decus peperit, nec amplius
„ut antea sæpius factum, objectari po-
„tuerat, quod Pontifex, & Curiales e-
„jus contradicant opinioni, quæ a po-
„tiori Theologorum parte habetur tan-

Sarpinus h.c.